

364.

Markgraf Otto überträgt dem Kloster Heusdorf zwei Mühlen zu Dessen (?) und eine halbe Hufe in Niederdorf. 1170 Mai 20.

*Hdschr.: Or. Perg. Geh. Haupt- u. Staatsarchiv Weimar. S. = Taf. I. 4. Phot. H. St. A.
Gedr.: Schmid, Gesch. der Herren v. Lobdaberg 57.*

5

In nomine sanctę et individue trinitatis. Ego Otto dei favente clementia marchio Misnensis notum facio cunctis tam futuri quam presentis evi | fidelibus qualiter divine retributionis intuitu memor illius verbi domini dicentis ‚quod uni ex minimis meis fecistis, michi fecistis‘. Venerabilis prepositi | Adelberti de Hugestorf ac totius congregationis deo et beate sue genetrici Marie sanctoque Godehardo ibidem famulantis votis annuerim 10 et iuste ipsorum | petitioni confirmationis effectum domino cooperante tribuerim. Quasdam sane possessiones videlicet duo molendina in Thegenstede et dimidium mansum in Nitherenthorf a duobus fratribus ministerialibus meis Godefrido et Waltero hoc modo compararunt ab uno illorum scilicet G. unum molendinum pecunia, ab altero videlicet W. altero datis in concambio duobus mansis et dimidio aliud molendinum^{a)} adepti sunt et 15 postea prefatum dimidium mansum redemptum pecunia ab eodem W. receperunt. Hęc itaque iam dicta duo molendina in Thegenstede cum dimidio manso^{b)} in Nitherenthorf a predictis fratribus mihi resignata et ex ipsorum petitione per meam donationem prefate ecclesie beate Marie sanctique G. in Hugestorf collata semper inibi mansura ad opus ibidem deo famulantium tam pia voluntate quam debita potestate confirmo. Et ut rata 20 permaneat hęc donatio, cartam hanc inde conscriptam sigilli mei inpressione consigno. Huius rei testes sunt. Walterus canonicus de Misne. Liudolfus capellanus de Cice. Guntherus capellanus de Kanburc. Hartmannus^{c)} de Lobedeburg. Heinricus prefectus de Donin et frater eius Otto de Drachenouua. Heinricus castellanus de Groize. Dudo de Pichene. Lvf de Kanburg. Burchardus de Dreuuizke. Burchardus de Grifenberc. 25 Widego de Uuimare. Godescalc de Scudiz. Facta sunt autem hęc ab anno incarnationis domini millesimo CLXX, indictione III, XIII. kal. iun.

(SJ.)

365.

Bischof Udo von Naumburg überweist auf Anrathen seiner Verwandten, des Erzbischofs Wichmann 30 von Magdeburg, der Markgrafen Otto und Dietrich, sowie des Grafen Dedo, als Kloostervogtes, dem Kloster Bosau für den zu entlegenen Ort Riesa im Gau Daleminze die Kirche in Profen mit ihrer Dotation und 11 Hufen im Dorfe Zschellbach, auf welche Graf Dedo resignirt. — Zeugen: Die Markgrafen Otto und Dietrich, Landgraf Ludwig, die Grafen Dedo, Heinrich und Friedrich.

1170 Juni 5. 35

*Hdschr.: Chart. Bosav. (Saec. XIV.) S. 15. Kgl. Bibliothek Dresden.
Gedr.: Schöttgen und Kreysig, Diplomataria 2,430.*

*Anm.: Die Datirung ist von Schultes, Dir. dipl. 2,219 Anm. ** angefochten worden, weil Bischof Martin von Meissen sich unter den Zeugen befinde, während doch sein Vorgänger Gerung erst am 20. November 1170 gestorben sei.*

363. a) molendū. b) dimidi manso. c) harmannus.

40